

NOVVM  
LEXICON  
IVRIS VTRIVSQUE

Variorum Autorum

ANTONII NEBRISSENSIS.

PETRI GROMORSI.

ALEXANDRI SCOTI. &c.

*Ex omnibus Iuris Lexicis in hunc usque diem editis summa diligentia  
& succincto tenore collectum: ut locupletissimi Iuris Thesau-  
ri vicem merito obtineat.*

Addita LEGVM ROMANAR. Recensitione ex  
diuersis autoribus.

Accessit IO. BAPT. DE CACCIALVP. Tractat. DE  
MODO STVDENDI IN VTROQUE IVRE,  
Vna cum HISTORIA, IVRIS, & quibusdam  
ACCVRSII erroribus

Omnia ad commodiorem lectorum vsum varietate Chare-  
cterum distincta.



COLONIAE AGRIPPINAE

Apud Ioannem Gymnicum sub Monocerote

ANN. MDXCVII.

Cum Gratia & Privilegio Caf. Maiest.

Coll. Soc. I. B. S. V. Calm. ex dono Regum.



ANT. NEBRISSEN-  
SIS I. C. AD LECTOREM  
PRAEFATIO.

ADVERSUS INFANTES IURIS PERI-  
tos: *verborum cultum non esse asser-  
mandum.*



OCVM proprietates, significatio  
ac interpretatio quanti in civili  
prudencia sit momenti, hoc ipso  
manifestum est: quod Iuriconsul-  
ti: ferè simul ac edictum ali-  
quod propositum est: mox ad verborum inter-  
pretationem properant: nec in edictis modo id  
observant: sed in cæteris quoque ferè omnibus  
iuris tractatibus. Hinc Labeo Antistius, teste  
Gellio, iuris quidem civilis disciplinam princi-  
pali studio exercuit: & consulentibus de iure  
publico responsitavit: cæterarumque bona-  
rum artium non expertus fuit: & in Grammati-  
cam sese, atque Dialecticam, literasque anti-  
quiores penetrauerat: latinarumque vocum  
origines rationesque percalluerat: eaque præci-  
pue scientia ad enodandos plerosque iuris la-  
queos utebatur. Hinc M. Fabius Quintilianus  
† 2 Roma-

PETRVS GROMORSVS L. C.  
FRANCISCO BOHERO.

S. D.



*C*uissima est Nasonis sententia, Laudamus veteres; sed nostris viuimus annis. Laudas sane veteres Generosissime adolescens, qui sententias illorum de erpendis iam demorsos unguis gestas: verum non tuu vis, quandoquidem nihil in te iuuenile conspicitur nisi etas. Nam si animi tui dotes: & qua in mente versantur introspererimus tibi non admirandum apparebit. Video proinde te eo pacto exercere Puericiam vt iam senex emeritus videaris: tamen si sine vilo labore deliciari posses, tua nihilominus generosa indole maui se ordiam studiis propulsare qua te qua est vitiorum sentina accidia immergere. Multoties Nauarram adiuu, verum te nunquam reperi, quin aut legeres aut scribes aut quicumq; viro dignum nauares. Probe quidem facis, Sic enim tibi gloriam & posteritatem & calu dignam molira: tuorumq; proauorum insectaria calles: tui imprimis Thome Boberi questoris regij magnificentiissimi ac equitis aurati strenuissimi. Qui quantu de Republica Gallica sui benemeritus pro te latiori laude foret edicendum. Hoc tum vnum obiter dicam quod licet non mediocres prouincias a regibus suscepit: ita in omnibus se gessit vt nec popelles murmurilla aut comedialibus aliquatiter impeditus fuerit. Facis itaq; rem filio dignam, cum a talibus parentis vestigiis non Diliras. Demu cu audissem te breui ad vtrumq; ius percipiendu hinc egressurum: vt vel mei aliquoties tibi subiret recordatio volui tibi hoc LEXICON VTRIVSQUE IVRIS locupletissima nostra opera a mendis emunctum & auctum: In quo poteris quicumq; temporu impendere, vt tibi peruiue sit ipsarum legum vel canonum sensus. Nam philosopho teste ignoratis terminis ignorantur propositiones.

Accipe igitur lata fronte: meq; in tuis annumeres. Vale.

ALEXANDER SCOTVS I. C.

GVLIELMO CHISOLME EPISCOPO VAISONENSI  
DIGNISSIMO

S. D.

**N**Uquam equidem illos laude dignos arbitratus sum (Præsul ornatissime) qui morem antiquitus receptum, ut quisque ingenij lucubrationumq; suarum opera quæ in publicum prodire velit, illis nuncupet, quos amet, colat, aut reuereatur, tanquam in sulsum & parum liberalem eriminentur: Cùm enim Plato tum demum reipub. optimè habituram pronunciauit cum aut Philosophando princeps, aut imperando Philosophus ingenij neruos intēderit, rerum publicarum curam gerentium auspicijs priuatorum hominum otia dicari cœperunt, partim quoniam ita nos eis plurimum debere testamur, partim etiam, ut ad philosophadum hoc modo abhorren-

# I. O. GYMNICVS

## LECTORI BENE-

### VOLO S. D.



ART A in hunc vsq; diem prodierunt Volumina, amice Lector, quibus interpretatio Verborum Iuris tam Civilis quam Canonici studiosis Prudentiz exhibetur. Quorum utique autoribus sua singulis debetur gratia: quandoquidem prodesse Reipub. literariz omnes pari studio voluisse videntur. Sed quia vniversos eiusmodi libros comparare, pretiosum: legere & perlustrare, cum de eadem materia, iisdemq; penè verbis singuli agent, laboris & tædij plenum: secum etiam portare vnum vel alterum ex illis, propter singulorum magnitudinem, difficilimum sit, maximeque incommodum: non vulgarem mereri laudem existimandi sunt ij, qui, omnibus perlectis, operam dant, Iustiniani & compositorum Iuris exemplo, vt quicquid ex his pulcherrimum erat, id semotum in compendiosam breuitatem perueniat; minimo pretio magna prudentia reparanda. Quo in genere, cum præsens hoc à doctis, I. C. ANT. NEBRISS. PET. GRÖM. ALEX. SCOT. &c. ex omnibus hætenus editis Lexicis & Dictionarijs Iuris summa diligentia & industria concinnatum, VTRIVSQUE IURIS LEXICON classem omnino ducat: volui curam & operam meam propensius huc intendere, vt quantum fieri potuit, emendatissimum & politissimum in Studiosorum Iuris manus veniret. Quibus si animaduertero has primitias laboris nostri Typographici non displicuisse: omnes vires, facultatesque meas, Deo antè omnia auspice & adiutore, in hoc conuertam: vt optimos quosque libros, præsertim ad Iuris prudentiam pertinentes, deinceps pari aut etiam maiori industria & fide, prælo meo subijciam, tibi que communicem.

Vale.

LEXI-

LEXICON  
VTRIVSQUE  
IVRIS.

DE LITERA A.



LITERA salutaris à Cicer. in Oratione pro Milone, quod ut scribit Ascennius, si videbatur iudicibus bona causa, absoluebant rem: notamq; absolutionis, A literam in tabella, quam in Prætoribus accipiebant, scribebant. Cicero [quod nisi vidisset posse absolui eum qui fateretur, cum videret non fateri, neque quæri unquam iussisset, nec vobis tam salutarem hanc in iudicando literam, quam illam tristem dedisset.] Eadem nota fuit in suffragiis & comitiis legum, qua se civis repudiare rogationem significabat. Nam duæ dari tabulæ solebant, quarum in altera, R. V.

id est, uti rogas scriptura erat: in altera, A. id est, Antiquo, antiqua sequor, nova non placent, est enim ut Festus primo lib. scribit, Antiquare in morem pristinum reducere. Hotoman.

A CERTO hærede legare: certo hæredi ut legatum aliquod præstet, mandare, sic, ut ab illo debeatur solo. Cicero in Topicis, [Si pater familias uxori ancillarum usumfructum legavit à filio, neque à secundo hærede legavit, mortuo filio mulier usumfructum non amittet.] Idem pro Cluentio. Itaque ei testamento legati grandem pecuniam à filio, si qui natus esset: ab secundo hærede

A

nihil

ROMANARVM AD  
LITTERARVM SERIEM  
ACCOMMODATARVM  
ENVMERATIO

*Leges autem duntaxat, quae de iure publico sunt, non etiam quae de privato, hoc est, singulis hominibus fuerunt, quae praei-  
legia dicebantur, in hunc ordinem re-  
latae sunt.*

A

**A**CILIA MINV-  
TIA de pace Car-  
thaginensium. Tulit  
*M. Acilius & Q. Minutius.*  
Tribu. Pleb. Cornelio, Aelio,  
Coss. Anno ab urbe condita  
IO LII. VELLENT NE  
IVBERENT NE SENA-  
TVM DECERNERE VT  
cum Carthaginensibus pax fi-  
eret & quem eam pacem da-  
re, quemque ex Africa exer-  
citus deportare iuberent?  
De pace, uti rogas, omnes  
Tribus iusserunt pacem da-  
re P. Scipionem, eundem ex-  
ercitus deportare. *Livius li-  
bro xxx.*

**ACILLIA DE CO-  
LONIS DEDUCEN-  
DIS.** Tulit C. *Acilius* Tribu.  
plebis, Cornelio Minutio  
Coss. Anno ab urbe condi-  
ta D. LVI. ut quinque Colo-

niz in oram maritimam de-  
ducerentur. Duae ad ostia flu-  
minum Vulturni, Lirernique:  
Vna Puteolos, Vna ad ca-  
strum Salerni. His Buxentum  
est adiectum, tricenz fami-  
liae in singulas Colonias mit-  
ti iuebatur. *Livius lib. 23.*

**A**CILIA repetundarum  
Tulit *M. Acilius Glabrio.* ut re-  
petundarum causa, vna acti-  
one absolueretur, hoc est, ve  
neque reum comperendina-  
ri, neque causam ampliari  
liceret. Item ut qui accusato-  
res constituti essent potesta-  
tem haberent literas & pu-  
blicas & privatas conqui-  
rendi, obsignandi, deportan-  
di, de qua *Cicero 2. in Ver. §. 11. &  
Asconius Pedianus in 2. Verrinam.*

**AEBVTIA** de legibus.  
Tulit *Aebutius* Tribunus Ple-  
bis. Ut 12. Tabularum capi-  
ta, quae Reipublicae propter

H h b

anti-

DE MODO STV-  
DENDI IN VTROQUE  
IVRE PER X. DO-  
CVMENTA.

Cum nominibus omnium scribenti-  
um in iure tam canonistarum, quam  
legistarum vsque ad hæc  
tempora.

EDITUS per famosissimum V. I. D. DOM. IOAN.  
BAPT. DE CACCIALVPIS DE S.  
SEVERINO in aliqua vniuersitate  
Schenfi legentem.

Postea vero Aduocatum Consistorialem Rotæ,  
& Palatij Apostolici.



*Q*uod expurgaueritis vetus fermentum, & iam  
sitis noua conspersio, (vt opinor) in azimis sine-  
ritatis, & veritatis in quo statu vos conseruet  
lementiss. Deus, visus est mihi sitienti utilita-  
tem vestram; tempus esse conuentus, quo studiosis anxie dili-  
gentibus religionem iuris civilis, rectam callem ostendam, quo  
gressus eorum dirigam, & viam aperiam per quam ambulent,  
non in tenebris sed in luce, ad illam legalem s. pientiam cape-  
scendam, Dicam igitur que scitio, pro utilitate vestra fideli-  
ter loquar, quasi mihi ipsi consilium dans.

DOCUMENTVM PRIMVM  
principale.

**Q**uicumque cupit iuri operam dare, sit cir-  
cumspectus in infra scriptis. In Primis bene  
& diligenter præparet animam suam con-  
fitendo peccata sua integrâ, & satisfaciendo pro  
commisiss, vt sit Spiritussancti gratia omnem ha-

*Anima pur-  
ganda, & cõ-  
scientia.*

M m m

bens



multitudinem magnam orta contentione inter scholares Lombardos & Thufcos, ciuitas illa fuit in magno periculo. nemo enim poterat coercere illos, & vt facilius coerceri possent in futurum de concordia, tunc renunciarunt priuilegio iuri, de quibus est d. authent. & in criminalibus se submiserunt iurisdic. potestatis. Facio igitur finem. Quò prædicta parua sint & talia, quæ aurib. & ingenijs vestris cultissimis tanquam puerila (non dubito) & diminuta videbuntur, aut forasse non carentia rubore, & cum & ego ipse alterius consilio in prædictis & alijs indubitanter indigeam, sed tamen sincerè locutus sum quasi mecum loquens vos diligentiam vestram omnem sinceritatem, ineptitudinem emendabitis, & melius reformabitis, potissimè cum omnia prædicata absque diligenti præmeditatione ediderim.

### HISTORIA SEV COMPILATIO Iuris Ciuilis.

**V**erum quia supra in 3. consil. dato dictum fuit, quod discipuli debent amare Præceptores, vt habetur etiam apud Quint. lib. 2. institutionis oratoriz, vbi dicit. Discipulos moneo, vt Præceptores suos non minus, quàm ipsa studia ament, eosq; parentes existiment, non quidem corporum, sed mentium plurimum hæc pietas discipulis proderit, nã ita & libenter audient & dictis credent, & similes fieri concupiscent. sicut læti & alacres conuentu aliorum emendati, non irascantur laudati gaudenti, nã vt illorù officium est docere. sic horù præbere se dociles. Doctrina enim coalescere nequit, nisi sociata tradentis atq; accipiētis cõcordia. Cũ sim utilitatis vestræ auidus, & optè, quod per vos facta sint bona fundamenta & ab origine causisq; primis intelligatis, vt dicitur in l. 1. ff. de iust. & in. visum est in signũ mei in vos animi aliqua prætermittere acue-

*Discipuli  
præceptoris.*

vol. C. quem habemus, tres vero reliqui sunt inserti in li. qui appellatur volu. Constat autem totum ius constitutionum, & decif. imperial. esse distinctum in d. 12. li. in ru. 348. l. 4562 Codex vero quem habemus, habet rubr. 331. leges vero tria millia & sexcentas 8. illi vero tres libri codicis de quibus in volumine habent 127. rubr. leges vero nongentas 54. ff. vetus habet rubr. 152. leges vero duo millia nongentas 28. Infertiarum habet rubr. 101. leges vero 2234. digestum nouum habet rubr. 172. leges vero 2983. Summa rubr. ff. 434. leges. ff. 135. rubr. Inst. 99. non computato proximo, rubr. 99. rubr. feudorum 82. s. c. feudorum, quæ habentur 132. Summa legum, ff. 8155. legum vero. C. 12. lib. 4562.

Summa omnium legum, ff. C. voluminis ponendo quemlibet titulum institutionum, & authen. pro vna lego 13 millia 27. & istud est mare, per quod nauigas. *Causa formalis* causa formalis ex parte tractandi idem est quod modus agendi, qui multiplex est diuisionis ordinis, & exemplorum positionis, & regularum traditionis, vt præ Azo. loco præll. Quarto loco esse videndum quæ sit causa finalis, & super hoc dicas, vt per Azo. loco præll. & Doct. in d. proe. ff. vet. r. Quinto loco esset videndum, cui parti philosophiæ supponatur iuris scientia, & dicendum est quod ethicæ idem mortalis philosophiæ; Tractat. n. de moribus vt dicit text. in l. 1. ff. de inst. et in. Reliqua considerate per vos, & studio inuigiletis vt tandem consequamini, quod communiter optamus, quod vobis concedat Altissimus Deus Amen.

EX AELY ANTON. NEBRIS-  
sensit, Observation. In libros  
Iuris Civilis.